



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXXII. Der Rath der Neustadt Salzwedel bekundet einen an Werner von
Chüden für einen Altar der Catharinenkirche geschehenen Rentenverkauf,
am 11. November 1320.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

LXXXI. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekennt für das Hospital St. Georg 13½ Mark Silber zur Verzinsung empfangen zu haben, am 1. October 1320.

Nos Hoyerus de Distorpe, Johannes Mechowe, Wernerus Kerkowe, Henricus Hermanni, Thide Bolk, Albertus Boden, Hinricus de Brume, Conradus Grus, Wolterus Hartwici, Gherardus de Ghent, Johannes Thuritze, Thidericus Barun, Consules veteris civitatis Saltwedele, recognoscimus et protestamur in his scriptis, quod nos ex parte civitatis miserabilibus infirmis in XIII Marcas Stendal argenti obligamur, quas Johannes Mechowe nobis ex parte sancti Georgii presentavit. Pro quibus nos eisdem infirmis duo talenta census, que civitas habet in domo corei, que dicitur Ledderhuz, obligamus ad illud tempus, quo civitas dictum censum redimere poterit possidendo. In cujus rei testimonio sigillum nostre Civitatis presentibus est appensum. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XX, quarta feria post Michahelis.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XXXIX, 2.

LXXXII. Der Rath der Neustadt Salzwedel befundet einen an Werner von Chüden für einen Altar der Catharinenkirche geschenehen Rentenverkauf, am 11. November 1320.

In nomine domini amen. Nos Hupertus, Hermannus Marquardi, Vinkelere, Thidericus Kollun, Thidericus Doleator, Joannes Rekeling, Hinricus Brunow, Joannes Veleuitz, Bodo Vicken et Hinricus Medebeke, Consules nove civitatis Soltwedel, recognoscimus publice protestantes, quod Henricus de Pügghen sana vita sua comite cum bona voluntate vxoris sue et suorum heredum wendidit et resignavit domino Wenero de Chüden vnam marciam denariorum census perpetui ex hereditate sua in qua nunc moratur perpetue precipiendam in hunc quidem modum. Predictus dominus et mater sua suis temporibus hoc censu perfrui licite et pacifice debebunt et post decessum amborum Rodolphus de Chüden, frater predicti Weneri, suus filius Albertus simili modo suis temporibus predictum censum percipere debebunt, verumtamen post mortem omnium predictorum octo solidi de censu prenominato debebunt deuolui in redditus altaris Symonis et Jude beatorum apostolorum, fundati in ecclesia beate Catharine virginis gloriose, in noua ciuitati Soltwedel situata, videlicet vt si quis prenominati altaris tunc temporis est vicarius predictos octo solidos suo ministro erogabit et octo solidos vitricis ecclesie debebunt presentari ibidem in pretium calcantium organa. Ille census quatuor temporibus anni est erogandus sic: quatuor solidi in natiuitate domini dari debent, quatuor in festo pasche, quatuor in festo Joannis baptiste atque quatuor in festo Michaelis dabunt. Preterea possessor dicte hereditatis pro hoc censu debet dare sicut pro aliis bonis suis exactionem, que Schodt vulgariter nuncupatur, qui census si non daretur quolibet termino expedite mox nuntius ciuitatis expignorare deberet eundem. Verumtamen hanc elemosynam sepe dictus dominus Wernerus fecit predicto altari et calcantibus organorum post obitum suum et aliorum trium ob reuerentiam omnipotentis dei et sue matris virginis marie et omnium sanctorum in remedium anime sue et omnium suorum progenitorum. In quorum omnium euidentis testimonium

figillum nostrum presentibus est annexum. Datum Soltwedel, anno domini millesimo tricentesimo vigesimo, in die Martini episcopi.

Gerken's Fragm. III, 63—65.

LXXXIII. Die Herzogin Agnes von Braunschweig bestätigt die von dem Markgrafen Otto am 9. März 1289 an einen Altar der Marienkirche in Salzwedel vorgenommene Eigenthumsverleihung, am 21. Dezember 1320.

Agnes, dei gratia ducissa Brunswicensis, vniuersis tenorem presentium percepturis Salutem ac sincere voluntatis affectum. Noueritis, quod literas magnifici principis domini Ottonis quondam marchionis Brandenburgensis, nostri avi karissimi, clare memorie, in nulla sui parte viciatas Sigillo suo vero sigillatas vidimus scriptas fideliter in hec verba. Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio etc., Dat. Saltwedel, Anno dom. M^o. CC^o. LXXXIX septimo idus Marcii (No. XXXV.). Nos igitur Agnes ducissa predicta, cupientes effici huius facti salutaris participes, premissa omnia et eorum quodlibet ratificamus et approbamus in omnibus et in qualibet sui parte, et in testimonium perpetuum nostrum figillum presentibus est appensum, presentibus gherardo de kercow et conrado de Osterborch, militibus, et aliis fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o., die Sancti thome, per manum henrici de luchow nostri Notarii.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 25, No. 7.

LXXXIV. Herzog Otto von Braunschweig genehmigt die Gründung und Dotirung eines Altars in der Klosterkirche zum heil. Geist in Salzwedel mit einer Bierstiftung für die Hospitaliten und für den Convent, am 25. November 1321.

In nomine etc. Nos Otto — dux Brunswicensis — recognoscimus — quod — ad instantiam nostrorum fidelium Tiderici, Bernardi et Weneri, fratrum de Schulenborch, Militum, de nostrorum consensu legitimorum heredum donauimus — Monasterio sancti Spiritus Canoniorum Regularium prope Soltwedele proprietatem septem manforum cum tribus curiis in villa Dewitze cum decima minuta omnique iure, — prout iam dicti Milites eadem bona a nobis hactenus in pheodo tenuerunt et nunc ea viro discreto domino Bertoldo scriptori vendiderunt pecunia pro parata, cum aduocacia et iudicio supremo et infimo — excepto iudicio in communi platea sue strata et in agris sine campis quod sibi prefati Milites reseruarunt, sed predictorum bonorum colonos ratione huiusmodi iudicii Milites iidem ad nulla seruicia cogere possunt — Prenotatus vero dominus Bertoldus cum prefatis bonis vnum altare dotauit in honorem dei, sue matris sanctissime et omnium sanctorum constructum in Ecclesia Monasterii prelibati Officiandum singulis diebus in perpetuum Canonice a prefatis. Soluunt autem in redditibus annuatim bona prenominata Quinque choros et sex modios filiginis, octo solidos et duos denarios Brandenburgenses ac VI Imo-